

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.
Theol. D. ... Ad Exequias, Quas ... Dn. Reinholdus von Gehren/ I.U. Licentiatus
Eximus, Filiolo suo desideratissimo Bernhardo Balthasari von Gehren/ Hodie ad
horam 1. in templo Mariano paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives
Academicos studiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777449323>


Druck Freier  Zugang



Mauritius, C.,
in **B.B.v.Gehren.**

Rostock. 1651.

37.



PROGRAMMA

200

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

CASPARUS MAURITIUS,

SS. Theol. D. ejusdemq; P.P. & Eccles.

Ad Exequias,

2VAS

VIR CONSULTISSIMUS ET
CLARISSIMUS

DN. REINHOLDUS

von Gehren / J. U. Licentiatus

Eximius,

Filiolo suo desideratissimo

BERNHARDO BALTHASARI

von Gehren!


*Hodie ad horam 1. in templo Mariano
paratas cupit,*


*omnes omnium ordinum Cives Acade-
micos studiose invitat.*

••(o)••

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. 1651.





Audet omnibusq; incedit
lætitiis Christianus orbis hoc tem-
pore, quo gloriosam Triumphato-
ris nostri Jesu Christi resurrectionem
solenni celebrat memoria.
Græcanica Ecclesia suum *ὁ Χριστὸς ἀνέστη, & ἀληθῶς ἀνέστη*
creberrima suorum interrogatione atq; responsi-
one repetendo lætitiâ communem abundè te-
statam facit. Neq; officio suo deest Ecclesia nostra,
quæ, quantum corde foveat gaudium, triumphali
carmine *Christi ista est resurrectio Hallelujah, Hallelujah,*
Hallelujah satis superq; demonstrat. Quid enim
est resurrectio Christi, nisi pignus resurrectionis
nostræ! Si Christus resurrexit, etiam nos resurge-
mus, hoc est, si caput resurrexit, resurgent quoq;
membra. Qui in flumen prolapsus summum vitæ
adiit discrimen, quantisper caput eminent, etiamsi
reliqua membra omnia aquis sint obruta, spem
vitæ non abjicit, quod si certus est, minimè im-
mergi aquis caput posse, periculum mortis evasit.
Quidni nos in barathrum mortis detrusi, cum
videamus caput nostrum ex hac profundissima
mortis abyssu emergisse, spem minimè dubiam,
aut fallacem concipiamus, futurum, ut & nos,
qui tanti capitis membra sumus, è faucibus mor-
tis extrahamur? Videtur quidem id rationi no-
stræ

stræ ^{ἀτομῶν} & absurdum, sed rationi corruptæ non
autem regenitæ & illuminatæ. Lex constituta
moriendi, legem non adimit resurgendi. Quia
decernenti legem, lex non affert necessitatem;
neq; Deus sibi jus vivificandi ademit, legem nobis
decernendo moriendi, ut graviter Hilarius in
Psal. L I. Quod si naturæ, quæ est Dei potestas or-
dinaria, sunt tantæ vires, ut excisæ arboris truncus
repullulare & vitam quasi recipere possit, ut re-
deant vere novo campis gramina, arboribusq;
comæ, quarum radices terræ infixæ hærent, nul-
lum dubium est, quin & nos, qui radici nostræ vi-
vificanti Christo sumus insiti, repullulaturi & vi-
tam recepturi simus potestate Dei extraordina-
ria, quâ quæ non sunt vocare potest ut sint, ergo
multo magis restituere, quæ interciderunt, pot-
est. Deus enim melior est, quam natura (verba
sunt Irenæi) habens apud semetipsum velle, quia
bonus est: & posse, quoniam potens est, & perficere,
quoniam perfectus est. Hæc sunt opponenda
terribili mortis speciei. Non sunt sepulchra
nostra foveæ corruptionis, sed mollissimi lecti,
in quibus corpora nostra suavissimè requiescunt,
donec Angeli tuba resuscitata, exuta corruptio-
ne, induant ^{ἀφθαρσίαν} & beatam immortalitatem.
Eadem terra, quæ omnes mortales devorare vi-
detur, fidissima cadaverum nostrorum custos &

conservatrix est, redditura depositum suo tempore, quod in thesauris infinitæ suæ scientiæ reconditum Deus solus novit. Interim cum Jobo novimus Redemptorem nostrum & vindicem sanguinis nostri vivere atq; posteriorem super pulverem staturum: & cum post cutem nostram confoderint vermes istud, tum ex carne nostra visuri sumus Deum: quem nos visuri sumus nobis, & oculi nostri aspecturi, ac non alienus. Ista cogitatione erigendus nobis nunc est Vir Consultissimus & Clarissimus Dn. REINHOLDUS von Gehren / J. U. L. unâ cum suavissima conjugē MARGARETA Schraders / fœmina lectissima, suiq; sexus ornamento, & armandus animus in tristi hoc & acerbo filioli BERNHARDI BALTHASAR S von Gehren / obitu, qui, postquam honestissimis, quos diximus, parentibus natus V. Aprilis hora vespertina media sexta & quod excurrit, & in hanc lucem editus afflictissima valetudine, eaq; urgente protinus lavacro regenerationis arbori vitæ Christo insitus esset, post tres horas mortalem hanc vitam cum veri nominis vita commutavit. Quid hic trepidatis, Parentes, ut qui probè nostis Christum nostrum non tantum mortuum esse, verum etiam, quod fidei Christianorum proprium est, resurrexisse. Non magnum est, inquit Augustinus, credere quia mortuus


mortuus est Christus: hoc & pagani & Judæi & omnes iniqui credunt. Hoc omnes credunt, quia mortuus est. Fides Christianorum, resurrectio Christi est. Solem videmus occidere quotidie & oriri. Non impedire occasus potest exortū solis. Neq; obstaculū mors resurrectioni objicere potest. Absorpta enim est mors in victoria Triumphatoris nostri. Quam pulcher es Angelis tuis, Domine Jesu, in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in splendoribus Sanctorum ante Luciferum genitus, splendor & figura substantiæ Patris, & quidem perpetuus minimeq; fucatus candor vitæ æternæ. Quam mihi decorus es Domine mi, in ipsa tui hujus positione decoris. Etenim ubi te exinativisti, ubi naturalibus radiis lumen indeficiens exuisti; ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulsit, ibi amplius gratia radiavit. Quam clara mihi oriris stella Jacob, quàm lucidus flos de radice Jesse egrederis, quàm jucundum lumen in tenebris visitasti me oriens ex alto? Quam spectabilis & stupendus etiam virtutibus supernis in conceptu de Spiritu, in ortu de Virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ fluentis, in coruscationibus miraculorum, in revelationibus Sacramentorum. Quàm deniq; rutilans post occasum sol justitiæ de corde terræ resurgis, quàm formosus in stola tua demum Rex gloriæ in alta cælorum. te recipis? Liceat nobis ita exclamare cum.


BERNHARDO, & consideratione gloriæ & resurrectionis Christi omnes hujus vitæ ærumnas lenire, ipsamq; adeo mortem, quæ terribilium omnium terribilissima audit, fidei constantia superare. Fidei, inquam, quæ mundum vincit universum, & promissionem habet gloriæ nunquam finiendæ. Qui vicerit, verba sunt Servatoris nostri, dabo ei, ut sedeat mecum in throno meo, sicut ego vici & sedeo cum Patre meo in throno ejus. BERNHARDUM legimus in vitæ ejus lib. I. cap. 12. cum extremum jam trahere spiritum videretur in excessu mentis suæ visum sibi esse ante tribunal Domini præsentari. Affuit autem & Satan ex adverso, improbis eum accusationibus pulsans. Ubi verò ille omnia fuerat persecutus & Viro Dei pro sua fuit parte dicendum, nil territus aut turbatus ait: fateor, non sum dignus ego, nec propriis possum meritis regnum obtinere cælorum. Cæterum, duplici jure illud obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet Patris, & merito passionis altero ipse contentus, alterum mihi donat, ex cujus dono jure illud mihi vendicans non confundor. In hoc verbo confusus inimicus conventus ille solutus & homo Dei in se reversus est. Nempe hæc est communio capitis & membrorum, communio mortis pariter & gloriæ resurrectionis. Non ergo trepidandum in morte
nostro-

nostrorum, quos persuasissimi sumus vestimento, quod mortale est, exui, ut æterno induantur, atq; de tenebris ad lucem, de periculis ad securitatem, de inopia ad divitias, de prælio ad victoriam, de tristitia ad gaudium, de temporali vita ad perpetuam, de foetore ad suavissimum odorem vehi. Id factum est vestro BERNHARDO BALTHASARI von Gehren / Parentes optimi, brevi tempore peregrinatus jam rediit in patriam, & per horam unam atq; alteram jactatus ac laborans desideratissimum portum à labore omni solutus tenet: raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius: consummatus brevi explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Avus ei Paternus fuit Vir Amplissimus & Consuleissimus DN. REINHOLDUS von Gehren / J. U. D. olim Illustriss. Principis ac Domini, Domini ULRICI, Episcopi Sverinensis &c. Consiliarius ut & Dicasterii Megapolitani Provincialis Assessor laudatissimus, nunc inclytæ Reipubl. Rostochiensis Syndicus gravissimus. Proavus Paternus fuit Dn. ERHARDUS von Gehren / Senator in Borussia Regiomontanus: abavus JOHANNES, & Atavus NICOLAUS von Gehren / Consules olim Regiomontani meritissimi. Aviam Paternam habuit Matronam optimam AGNETAM Clingen / Viri Amplissimi DN. BARTHOLOMÆI CLINGII J. U. D. & in hac Academia ipso quinquaginta annos Professoris longè celeberrimi, & meritissimi, Illustrissimorum Principum Megapolitanorum Consiliarij intimi Filiam: Proaviam paternam MARGARETAM Srons / foeminam primariam ex inclita

clita Croniorum familia oriundam. Avus ei maternus
fuit Vir Amplissimus & Prudentissimus Dn. FRAN-
CISCUS Schrader / urbis hujus Senator, & Patritius
Brunsvicensis, ex vetusta Schraderorum familia ortus:
avia materna MARGARETA Sybrandes / foemina
laudatissima, Viri Amplissimi & Consultissimi Dn.
WINHOLDI Sybrandes / J. U. D. & Serenissimæ
SOPHIÆ REGINÆ Daniæ & Norwegiæ, &c. Ducissæ
Megapolitanæ, Matris Serenissimi & Potentissimi Dn.
CHRISTIANI IV. Regis Daniæ & Norwegiæ, &c.
Principis inclitæ recordationis Cancellarii eminentissi-
mi Filia. Proavus maternus fuit Vir Amplissimus Dn,
HENRICUS Schrader / Reip. Brunsvicensis Consul;
Proavia materna MARGARETA Geismers / Dn.
MICHAELIS Geismers / quondam hujus Urbis Sena-
toris prudentissimi Filia optima. Cum verò exanime
corpus, quod animulæ huic domicilium præbuit, hodie
hora prima pomeridiana in dormitorium suum sit infe-
rendum, rogamus & hortamur Cives Academicos, ut
in honorem & solatium moestissimorum Parentum &
memoriam inclitarum familiarum ad funeris deductio-
nem frequentes conveniant, & Deo ter Opt. Max.
utramq; Rempublicam seq; ipsos devotis precibus com-
mendent. P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus
nostri IX. April. Anno
M. DC. LI.


Conventus fiet in aede Mariana.







nostrorum, quos persuasissimi sumus
mortale est, exui, ut æterno induantur
ad lucem, de periculis ad securitatem,
tias, de prælio ad victoriam, de tristitia
temporali vita ad perpetuam, de foetore
odorem vehi. Id factum est vestro B
BALTHASARI von Gehren /
breui tempore peregrinatus jam red
per horam unam atq; alteram jactatus
deratissimum portum à labore omni
ptus est, ne malitia mutaret intellec
fictio deciperet animam illius: consue
plevit tempora multa: placita enim
illius: propter hoc properavit educer
iniquitatum. Avus ei Paternus fuit
& Consulestissimus DN. REINHOLD
J. U. D. olim Illustriss. Principis ac I
ULRICI, Episcopi Sverinensis &c.
Dicafterii Megapolitani Provincialis
simus, nunc inclytæ Reipubl. Rostoc
gravissimus. Proavus Paternus fuit DN.
von Gehren / Senator in Borussia
abavus JOHANNES, & Avus
von Gehren / Consules olim Regiomo
Aviam Paternam habuit Matronam
TAM Clingen / Viri Amplissimi DN
MÆI CLINGII J. U. D. & in ha
quinquaginta annos Professoris long
meritissimi, Illustrissimorum Princi
porum Consiliarij intimi Filiam: Pr
MARGARETAM Srons / foeminam



quod
nebris
divi-
m, de
imum
R DO
ptimi,
m, &
desi-
t: ra-
aut ne
vi ex-
nima,
medio
Timus
Ghren/
omni
s ut &
datif-
ndicus
DUS
anus:
AUS
ssimi.
GNE-
OLO-
ipfos
ni, &
olita-
ernam
ex in-
clita